

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio f  
cum fonte primo

Nunquam commotioni contemplacio iungitur,  
nec praeualet mens perturbata conspiciere  
ad quod uix tranquilla ualet inhiare  
quia nec solis radius cernitur  
cum commote nubes celi faciem obducunt,  
nec turbatus fons respicientis ymaginem reddit  
quam tranquillius proprie ostendit  
quia quo eius unda palpitat  
eo in se speciem similitudinis obscurat.

Gregorius libro V. moralium.

Numquam uero commotioni contemplatio iungitur,  
nec praeualet mens perturbata conspiciere  
ad quod uix tranquilla ualet inhiare,  
quia nec solis radius cernitur,  
cum commotae nubes caeli faciem obducunt,  
nec turbatus fons respicientis imaginem reddit  
quam tranquillius proprie ostendit,  
quia quo eius unda palpitat,  
eo in se speciem similitudinis obscurat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.45 (CCSL 143,  
M. Adriaen ed., p.280, ll.149-155).